



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones uenerabilis magistri Nicolai de blony
decretoru[m] doctoris. capellani episcopi Bosnomensis.
ualde deseruientes populo. sed et clero utcu[m]q[ue]
docto eos digne legenti. predicanti. aut ...**

Nicolaus <de Plove>

Argentine, 22. XI. 1494 - 1495

Jn ascensione domini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31214

nō qđ volo ago bonū. sed qđ odi malū. Et
his de causis dicit esse qđi semiplenū. qz et si
spūs p̄mptus est. caro aut̄ infirma. Sed
in celo tūc erit plenissimū. qz ad nutū aie
seruiet corpus. et abscedet oīs tristitia. et im-
pedimentū qđlibet. Isa. xxxv. Gaudium et
leticia obrinebūt. fugietqz dolor et gemitus.
Ad quod gaudū p̄ducatur nos dñs ihesus
x̄ps Amen.

In ascensione domini.
Sermo. LXXI.

Dominus ihesus
postqz locutus est eis assump̄t̄ ē
in celum et sedet ad dexterā dei
Darcivltimo. Quāuis de omnibz christi
opibz q̄ in nra humanitate opat̄ est operā-
do salutē in medio terre multū gaudendū
eo qz quicqđ in assumpta humanitate nra
fecit. totum nobz p̄tulit ad salutē. vñ nobis
natus est vt. Isa. ix. dicit. Nobis datus est in
passiōe. ps. Propter te sustinui obprobri-
um. operuit p̄fusio faciē meā. Et. i. Per. ij.
Christus passus est pro nobis. nobis etiā
resurrexit. Quia vt dicit ap̄tus. Resurre-
xit ad iustificatiōē nostrā. Rom. iij. Que
om̄ia plena sunt gaudio. multo tñ maior
exultatio. et gaudium multo incōpabilius
nobis esse debet de ope ascensionis sue in
celum. eo qz gl̄a ascensionis x̄pi toti⁹ disp̄-
sationis diuine quā in carne nra opat̄ est.
fuit cōplementum. Juxta illud Ephe. iij.
Qui descendit ip̄e est et qui ascendit super
omnes celos vt adimpleret om̄ia. Unde
dies ascensionis est dies requietōis et q̄et̄
x̄pi. in quo requieuit ab omni ope quod re-
parauerat. Hen. ij. Unde ip̄e dicit ad p̄ez
Joh. xxi. Opus consummaui qđ dedisti
mibi. Magno igitur gaudio nobis gau-
dendū est hodie. amplioriqz exultatione q̄
de natiuitatis aut resurrectionis eius mi-
sterio gratulandū. Nam et si gaudium an-
gelus cum multitudine militie celestis an-
nūciauit mūdo in natiuitate. Luce. ij. illud
tamen gaudium imp̄fectum erat. eo qz n̄
hū nobis nasci p̄fuit nisi redimi p̄fuisset.
vt dicit Gregorius in cāico pascalis sab-
bati. licet etiam gaudū magnum et maius
p̄cedenti fuit d̄ x̄pi passiōe. p̄ quā sumus
deo reconciliati. eo qz vt dicit ap̄tus. Rom.
v. Iustificati sumus in sanguine ipsius ab
ira p̄ ip̄m. Illud tamen gaudium etiā nōdū

fuit plenum et p̄summatuz. eo qz sancti pa-
tres de limbo educti celum ascendere nō
poterant donec ianua celi aperiret. qđ nō
prius fieri potuit q̄ p̄ ascensionē x̄pi. Qui
ascendens iter pandit ante eos. P̄dicte
ij. Gaudium resurrectionis quāqz in se mag-
num fuit eo qz corpus mortale stolam tūc
induit glorie immortalis. Juxta illud. Con-
cidisti saccum meū et circūdedisti me leni-
tia. ps. tamen nihilominus illud gaudū
nōdū fuit completū. Primo et eo quia q̄
diu x̄pus sic mansisset in carne glorificata
cū discipulis conuersando in mūdo. spūs
sanctus non fuisset in campo. eo modo quo
datus est de celo. Juxta illud. Nisi ego ab-
ero paradus non veniet ad vos. Ioh. xvi.
Secundo quia nisi x̄ps ascendisset. spes
nostra ascendendi in celū frustrata fuisset.
Ex quo etiā caput non p̄cessisset. quō mem-
bra seq̄ potuissent. Aut et quo victor mor-
tis ad locū immortalitatis non ascendisset.
quomodo spes mortalibz hominibz fuisset
illuc p̄ueniendi. Si etiā filius regis aulam
non ingredit. quō seruus p̄nosus ingre-
di speratur. Propter quod Augustinus in
sermone de ascensione dicit. qz resurrectio
dñi est spes nostra. Sed ascensio christi ē
glorificatio nostra. Et ibidem. Nos christi
mors vniuersa. resurrectio erexit. sed
x̄pi ascensio p̄secrauit. Dum enim domus
nostra naturam humanā sideribus potra-
uit. credentibz celum patere posse monstrauit.
dum vincens in celestibz eleuauit. vt
crozē mortis quo sequamur ostendit. In-
quit Aug. sup̄ illud. Actū. i. Eleuatus ē
in celum. In hac ergo solēnitare delectum
est finaliter cyrographū nostre damnatio-
nis. mutata est sententia nostre corruptio-
nis. Illa enim natura cui dictum est. terra
es et in terram ibis. hodie in celū iuit. ait
Gregorius omelia. xxix. Qui conuocatus
Chrysostomus in omelia dicit. Natura cui⁹
causa paradus a cherubin custodiebat.
hodie supra cherubin cum summo homo-
re suscepta est. et natura cui dictū est. terra
es et in terram ibis. hodie in celum iuit. et
sine termino supra celos regnat. Decille.
Fateri igitur oportet quia et si per nati-
uitatem x̄pi passiōē et resurrectionem deo
patri sumus reconciliati. et a dyaboli ser-
uitute erepti. per ascensionē tamen christi
possesores sumus paradisi efficiet. et cōsu-

In ascensione domini

uari. Inquit Leo papa in sermōe hodie
no. plurag. recepim. p ineffabilem ascensio-
nis tpi gloriam q̄ per dyabolū perdidera-
mus inuidiam. q̄ quos dyabolus de pri-
mi hominis felicitate eiecit. hos hodie dei
filius sibi cor paros ad patris dexterā col-
locauit. **Dec** Leo vbi supra. Verito igit̄
nobis gaudendū est tpo ascendente in iu-
bilo. cum non solū tpi videamus gloriam
sed etiam carnis nostre in ipso sup omnes
choros angeloz exaltationem. sicut hodie
num testatur euangelium in verbis. p̄posi-
tis. quia dominus ih̄s assumptus est i celuz
et sedet ad dexteram dei. In quibus p̄bis
tria describuntur. Primo nāq̄ describit̄
mysteriū dominice ascensionis q̄ntum ad
ascendentis proprietatem. cum d̄r. Dñs ih̄s.
Secundo describitur q̄ntum ad ascenden-
tis veritatem. quia postq̄ locutus est. Ter-
tio q̄ntum ad loci sublimitatē. q̄ assūpt̄ ē
in celum et sedet ad dexteris dei.

Dixi primo q̄ in verbis pre-
missis p̄mo describit̄ mysteriū dñice ascen-
sionis q̄ntum ad ascendentis proprietatem.
cum d̄r. Dñs ih̄s. Circa q̄d sciendum q̄ h̄z
t̄ps in tota vita sua se voluit paupes osten-
dere et defectuosum. Iuxta illud ps̄. Ego
autē paup sum et dolens. tamen in ascen-
sione sua voluit se ostendere dñm fortem
et virtuosum. intantū vt etiaz angelice po-
testatis admirantes eius virtutis potētā
ab alijs querebant. Quis est iste rex glie.
Et miderit alie. Dñs virtutum ip̄e est rex
glorie. fm̄ Dionysii li. p̄mo de celesti hier-
archia. c. vii. Nec solū angeli inferiores s̄z
etia superiores et deo immediati intra se
querebant dī. Isaie. lxxij. Quis est iste qui
venit de Edom. q̄ respondente. Ego sum
qui loquor iusticiam. statim dixerūt. Qua-
re ergo rubrum est vestimentum tuū. Ubi
Dugo dicit q̄ per istam immediatā iterro-
gationem apparet q̄ fuerūt summe virtu-
tes. Nec mireris q̄ ita querebant angeli
ab alijs de tpi forti et potēti ascensione.
Acet enī multi scirent ip̄m hominē eē. q̄
tamen sciebant humanaz naturā supra se
etalandā. Inquit Hieronim⁹ super illud
ps̄. Tollite portas. Ideo bene et congrue
t̄ps in ascensione sua dicitur Dñs ih̄s.
Qui enim in incarnatione sua apparuit vt
parvulus et egenus. eo q̄ simile vocē emi-

sit om̄ibz plorans Sap. vii. Et in passiōe
apparuit vt seruilis despectus. quia hūi-
lianit semetip̄m formā serui accipiens. fa-
ctus obediens vsq̄ ad mortē. habitu inuē-
tus vt homo. **Philippē. ii.** Iste hodie ap-
paruit vt antiquus diez **Daniel. vii.** Ple-
nus iubilo exultationis. **Ps̄. Ascendit de⁹**
in iubilatione. et tāq̄ dñs in voce tube. p̄-
pter quod in toto corpore sancti euangelij
quatuor euangelistarū q̄uis tpo multa in-
effabilia merita per euangelistas sunt at-
tributa. signanter tamen circa ascensionē
suā admirabilem **Barcus** eum hic apel-
lat dicens. Dominus ih̄esus postq̄ locu-
tus est eis assumptus est in celū. Pro quo
sciendum fm̄ **Robertum holgoth** super li-
brum **Sapientie caplo. xij.** In toto mun-
do non est res que possit rātionabiliter ap-
pellari dñs preter t̄pm. Et hoc p̄pter tres
causas. P̄mo quia homo dispensator mi-
serator et mendicator. et ideo non potest ra-
tionabiliter dñs appellari. Et ad tres i-
potētias seu insufficientias in omni dño
terreno. Prima est. quia quilibet domin⁹
magis indiget seruo q̄ seruis eo vt com-
muniter. Unde videmus q̄ centū serui cō-
tentantur in vno dño. vnus autē domin⁹
vix contentatur centū seruis. Et h̄ signus
est q̄ plus indiget dñi seruis q̄ serui do-
minis. Patet etiam hoc. quia domin⁹ q̄n-
to maior et potentior est. tanto maiori in-
diget seruozū obsequio et defensione q̄
seruis protectione domini. Secunda im-
potētia est. quia nullus domin⁹ terrenus
potest facere seruū liberum. cuius proba-
tio est. quia ip̄emet non est liber. Seruit
enim malis affectionibz cupiditatibz. ire.
impacientie. et sic de alijs. Unde **Seneca**
Epistola. lxxij. Seruus es. ostende quis
non sit. alius libidini. alius auaricie. alius
ambitioni. om̄es timori seruitunt. Imo si-
cut docet **Seneca** in prouerbis suis. Do-
mini vt cōmuniter magis timent q̄ serui.
Retena sic est. quia qui a multis timetur.
multos timet. Regibz peius est multo q̄
seruientibz timendū. quia isti singulos. it̄
li vniuersos timent. Vult dicere. q̄ vna p̄-
uata persona habet forte vnum quem ti-
met. et alia puata persona habet vnū quez
timet. ita q̄ singuli habent singulos. s̄z do-
mini et prelati habent vniuersos. Tertia
impotētia est quā domin⁹ terreni sustinet

non possunt cōpellere homines ad eis ser-
uendū velit nolit. qz eis nūq̄ bene serui/
et aliquis inuitus. Per oppositum at̄ xps
est dñs veraciter et realiter. Primo qz nul-
lo seruo indiget nec p̄ eius seruiciū sibi
aliquid accrescit. ymo e contra ip̄e suo
seruit potius quē semper custodit. ps. Cō-
serua me dñe qm̄ speraui in te. dixi dom̄io
deus meus es tu. qm̄ bonoz meozū non
eges. Et h̄ ostendit xps sp̄aliter in ascen-
sione. quia eo ascendēte licet angeli sibi oc-
currerunt. non tñ in auxilium. non in sub-
sidium. non in adiutoriū. Inquit Augu-
sup̄ illud Actū. i. Elenatus est in celum.
Secundo veraciter appellat̄ dñs christus.
qz ip̄e seruientes liberos facit. ymo reges.
Apoca. v. Fecisti nos deo nostro regnum.
et regnabimus. Hoc apparuit in ascen-
sione sua in qua xps tāq̄ nobilis homo abiit
in regione longinquā accipere sibi regnū
et reuerti. Luce. xii. Ubi duo dicit de xpo
Primo. quia abiit in celū accipere sibi re-
gnū. Per ascensionē em̄ suā xps accepit
regnū celeste iure hereditario sibi. nobis
aut̄ iure adoptionis. vnde ip̄e est heres re-
gni. nos aut̄ coheredes eius. Juxta illud
Romanoz. viii. Heredes quidē dei. cohe-
redes aut̄ xpi. Secundo dicit de eo qz debet
reueri. sicut angeli hodie apl̄is testati sūt
dicentes. Sic veniet quēadmodū vidistis
eum ascendente in celum. quod tunc fiet
qñ vnūquēq̄ visitabit in morte sua parti-
culariter et in iudicio generali vniuersali-
ter. tunc em̄ intro ducet vnūquēq̄ in pos-
sionem huius regni. Juxta illud Ioh.
xiii. Si abiero et preparauero vobis lo-
cum. itez veniā et accipiā vos ad me. vnde
nos sumus serui illi qui expectant domi-
num suū quando reuertat̄ a nuptiis. Lu-
ce. xii. Tertio non solum homo. ymo tota
creatura velit nolit sibi seruit in celo et in
terra et in inferno. quia si obediāt suis pre-
ceptis voluntarie et virtuose seruiet deo
ad declarandum diuinā misericordiaz in-
presenti ad tempus et in futuro perpetue
prosperabitur. Juxta illud Romanozum
viii. Omnia cooperantur in bonum his
qui fm̄ propositum vocati sunt sancti. Si
vero nolit diuinis seruire preceptis volū-
tarie seruiet deo inuoluntarie. ad declarā-
dum diuinā iusticiam in presenti ad tempus.
et in futuro perpetue. Et ideo om̄is

homo necessario seruiet ei vel in suo pala-
cio celesti vel in suo ergastulo infernali in
eternum. Et ideo dicit psalmista. Magnus
domin⁹ et laudabilis nimis. et magni-
tudinis eius non est finis. Et itez. Quis
natione tua perseuerat dies. quoniam om-
nia seruiunt tibi. Et quia hoc nulli compe-
tit homini. ideo nemo potest rationali-
ter et vere domin⁹ appellari. Istud factū ad-
uerterat Octavianus augustus. sicut de
eo narrat Suetonius de vita. xii. Cesar.
Domini inquit appellatōem vt maledictū
et obprobriū semper et horruit. domin⁹
qz se appellari nec a liberis aut a nepotib⁹
suis vel serio vel ioco passus est. De illis.
Non sic est de christo. quē omnes creatu-
re etiam inuite dominū proclamant. eius
obsequiū et seruiunt. In signum curam
superior creatura vt angelica q̄ media et
rationalis. vt nubes. aera. et lucida. q̄ in-
fima rationalis et corporea. vt homines
in sua ascensione sunt in suum obsequium
ordinata. Et tantum de isto principali.

Dixi secundo q̄ in verbis
pmissis de-
scribitur misteriz domine ascensionis
q̄ntum ad eius veritatē cum dicitur. post
qz locutus est apostolis. Omnia enim que
christus gessit post resurrectionem suam
quadraginta diebus vsq̄ ad diem ascen-
sionis sue et horam eiusdem. fuerunt testi-
monia veritatis sue carnis. Nam p̄ ea anti-
me simul et carnis immortalitas designa-
batur et veritas nature humane declara-
batur. Sicut ait Leo in quodam sermōe
Unde eius comestio. eius locutio. et alia
gesta humana fuerunt vera testimonia sue
nature humane veraciter reassumpte post
mortem per gloriam resurrectionis. pro-
pter quod n̄ ociose nec frustra. hic dicit p̄
Marcum qz dominus ihesus prius locu-
tus est apostolis et tunc ascendit. Circa
sciendum qz ipso die ascensionis ad cōfir-
mandā veritatem sue nature fecit quatuor
notabiles operationes. Prima fuit. qz
discipulos increpauit dure. scilicet de du-
ricia cordis et eozū infidelitate. vt verba
que eis diceret artius in ip̄is impressa re-
manerent. fm̄ Gregoriū in omelia bodier-
na. quia illa que cum passione timoris vel
tristitie ingrūf artius retinent. Secūda

In ascensione domini

fuit quia eis officium pdicationis iniurerat
dicens. Euntes in mundum uniuersum. pre
dicare euangelium. Tertio quia tunc forma
baptismi instituit dicens. In nomine patris
et filii et spiritus sancti. Quarto quia gratiam mi
raculorum eis contulit dicens. Signa autem
eos etc. Ita autem a fantasmate vel fantasti
ca creatura fieri non potuissent. Secun
dus actus quo uoluit christus confirmare mira
culum sue ascensionis fuit familiaris come
stio. quia post pdicatum fuit cum eis familiaris
sime pransus. ut dicit Actuum. j. Conuescens
inquit ascendit. Quod tractas Gregorius in
omelia dicit. Comedit et ascendit ut per effe
ctum comestionis ueritas patet carnis
Tertius actus quo christus uoluit confir
mare istud misterium fuit associatio inuera
tio. quod post illam benedictam resurrectionem
christus egressus est cum eis. ut dicit Luce
xxiii. Eduxit eos foras in Bethaniam. et
iuit cum eis usque ad montem oliueti. In ista
autem processione fuit mater christi cum alijs san
ctis mulieribus. que etiam ut pie creditur inter
fuerit illi refectio. sicut colligitur Act. j.
ubi dicit. Ascendente ihesu regressi sunt di
scipuli domini ubi manebant cum mulieribus et
matre ihesu. Ita autem regressio denotat quod
christus inde eierat quam post cibum eduxit eos
foras. Unde non est uersimile quod in tali domo
fieret communiu matris domini absente. Simili
ter dicendum est de processione. Non enim
uersimile quod christus uellet matrem suam carissimam
sederelinquere desolatam. ut eundo in celum
eam non benediceret. Quartus actus christi
fuit affectualis statio. Non enim postquam
peruenit ad montem statim euolauit sed ali
qua diu stetit. sicut amici ualefacientes in vl
tima ualefactione solent figere gradum. Ho
ram autem istius stationis quatuor christi ope
rationes declarant. Primo. quia apostolis
querentibus de consummatione seculi. christus
respondit. Non est uestrum nosse tempo
ra uel momenta que pater posuit in sua po
testate. Ex quo elicitur quod pdicator aut do
ctor ueritatis non debet se occupare cum
inutilibus questionibus. cuiusmodi sunt que
stiones de futuris euentibus. et precipue de
fine et consummatione seculi. Sed potius
de illis que pertinent subditos edificare. Quod
est contra illos qui ut scioli uideant aut fa
nozem auditorum acquirant introducunt du
bia scolastica in pdicatione. Contra quos

dicit Hieronimus in epistola ad Damasum pa
pam De scripturis disputante. non deceat
articulis argumenta conquirere. nec et flu
mine tulliane eloquentie ducendus riuu
lus. nec aures quintiliani roscolis et sco
lari declamatione mulcende. sed pedestris
et quotidiane similitudinibus et nulla lucu
bratione redolens oratio necessaria est que
rem explicat. sensum edisserat. obscura ma
nifestat. Nec ille. Secundo istam moram de
clarat. quia christus dedit preceptum quod in diu
rate illa manerent donec uirtutem celestem
reciperent. ut dicit Luce ultimo. Et quod ha
betur quod uolens gratiam spiritus sancti accipere
debet quietari a tumultu uiciorum et secula
rium seu ciuiliu negotiorum. Secundo et hoc
habet quod nullus debet precipitare ad pre
dicationem faciendam nisi prius sederit ad
diuinam ueritatem et doctrinam percipiendam. Con
tra nostros predicatorum qui quandoque in
deliberati predicant. Tertio in ista statione
dedit eis promissum de missione spiritus san
cti dicens Actuum primo. Accipietis uirtutem
spiritus sancti in uos. Quarto in ista statione
dedit eis benedictionem. ut dicit Luce xx
iiij. Benedicens eis ferebat in celum. Ex
his omnibus colligitur modus spiritualis
ascensionis post christum de statu culpe ad
statum gratie. Ad quod requiritur primo
inreparatio duri cordis ut conteras ad do
lorem et ad penitentiam. Ps. Inreperunt
me renes mei Sic enim deus increpat su
perbos ut humilientur. Secundo requi
rit comestio panis doloris. Ps. Lincem
tanquam panem manducabam. Tertio requi
ritur associatio uirtutum. Penitens enim de
bet congregare uirtutes dispersas. Quar
to debet stabiliri in bono. Abacuc. iij. Re
quiescam in die tribulationis. et ascendam
ad populum. Post que omnia meretur ho
mo benedictionem a domino. et misericor
diam a deo saluari suo. Iuxta illud Ps.
Quis ascendet in montes domini. aut quis
stabit in loco sancto eius.

Dixi tertio quod in uerbis promissis
describit misterium dominice ascensionis quantum ad locum
sublimitatem. quia assumptus est in celum. et se
det a dextris dei. De qua sublimitate dicitur
in ps. A summo celo egressio eius. et oc
cursus eius usque ad summum eius. **E 3**

ascensionis figura habet. Paralippo. xx.
 it. vbi dicit. Consurgens diluculo Ezechi
as rex ordinavit omnes principes ciuita
tis et ascendit in domum domini. Sic xps
 resurgens diluculo. vt dicitur in psalmo.
 adunatis et congregatis discipulis q̄ sunt
 principes ciuitatis sancte videlicet ecclesie
 militantis et triumphantis. Ps. Princi
 pes populorū cōgregati sunt cū deo abra
 ham. coram eis ascendit in domū domini
 id est. in celum supremū et excellentissimū
 qui est locus spūalis domini dei p̄is sui i
 quo sedit ipse ad dexterā eius. Circa quod
 plura sunt videnda de modo ascensionis
 xpi. Primo igitur videndū est qualiter. scđo
 quando. tertio. vnde. quarto et vltimo ad
 quem locū. Quantū ergo ad primū quali
 ter xps ascendit est sciendū q̄ xps ascendit
 in corpore lucidissimo et clarissimo. Psalmi
sta. Amicus lumine sicut vestimēto. Licet
 autē christus post resurrectionem habuerit
 corpus gloriosum et clarū. illa tamen clari
 tas non fuit oculis apostolorū ita manife
 sta ante ascensionem. ymo fuit corū oculis
 conpata vt eius corpus possent videre. s̄
 in ascensione tūc illa claritas fuit eis ostē
 sa. Secūdo ascendit benedicendo aposto
 los et benedicendo deus p̄m. id est. lau
 dando et gratias agendo deo p̄i. Tertio
 eleuatis manibus ferebatur. Et q̄rto ocu
 lis versis ad orientem. Psalmista. Ascen
 dit sup̄ celos celoz ad orientē. Ex quo pri
 mo instrumur vt q̄nto quis ad maiorem
 honorē sublimat t̄to magis debet leuare
 manus suas orando et gratias agendo ad
 deum. Psalmista. Leuavi oculos meos
 in montes vnde veniat auxilium mihi. zc.
 Secūdo elicitur ex hoc q̄ ecclesie debent
 construi ad orientem. vt sacerdos diuina
 celebrans vultum habeat ad orientem. sic
 xpus respiciebat ad orientem. Sed nota
 q̄ ecclesia non debet edificari versus quē
 cumq̄ ortum solis. sed solum versus ortū
 solis equinocialis. videlicet qualis fit cir
 ca festum sancti Lamperti et sancti Gre
 gorij. Non autem versus solsticium estiva
 le siue hyemale. Quis ratio est. quia eccle
 sia que militat in terris temperare se debz
 equanimiter in prosperis et aduersis. Ita
 notat Archidiaconus. de consecrat. dist. j.
Aemo. Similiter et infans bapti
 zandus debet teneri verso vultu ad orien

tem dum mergitur in fontem. vt sic vultū
 habeat sicut ille in cuius nomine baptizat
Q Sed diceres vtrum Abritus
 solitarius eleuatus est in celum. vel cum
 qua militia. Ad quod dicendū q̄ habuit
 quadruplicem militiā. Primo angelorum
 sanctorū. qui secum ascenderant de infer
 no patrum. qui ibi ministrabant post rādo
 animas eorum in sinum Abrahe. vt patet
Luce. xvi. de Lazaro. sicut nunc ministrant
 nobis in mundo. Secundo cum militia
 sanctarum animarū quas de inferno ex
 traxerat. cum nulla adhuc ascendere potu
 it propter clausuram ianue. Tertio cum
 militia sanctarum animarū de mundo cū
 in istis quadraginta diebus post resurre
 ctionem credendum sit multos istos ho
 mines esse mortuos. et de parulis fide
 lium non est dubitandū qui omnes chri
 stum associabant in celum. Ex quo nō ha
 bebant necessario descendere ad infernū
 damnatorū. nec purgatorium. nec ad lim
 bum destructurum. Quarto cū militia san
 ctorum resuscitatorū qui in corporibz eorū
 quasi noua militia fm quosdāz cum
 christo ascenderunt. licet quidam dicat q̄
 isti patres resuscitati per christum tempo
 re resurrectionis sue iterum dormierunt.
 fm Augustinū ad Euodium in epistola.
 quod etiam cōmuniter tenetur per beatū
 Thomā tertia parte. q. liij. articulo tertio
 fuisse in paradiso terrestris vsq̄ ad horam
 ascensionis xpi. Sed verius est vt dicatur
 semper christo adl. esse et cum associasse
 quocumq̄ conuerteretur. Qualis autem
 et quanta fuit exultatio et iubilatio istius
 sanctissime milicie. quis sufficit dicere. Nā
 licet angeli perpetuum gaudium habeat
 de visione diuinitatis christi. Sicut dicit
Petrus. j. Pet. i. In quem angeli deside
 rant prospicere. tunc tamen et visione glo
 riose hūanitati christi sic mirabiliter glo
 rificate speciale et accidentale gaudium as
 sumpserunt. Et quia hoc videtur quibus
 dam sciolis ridiculū q̄ angelis noua leti
 cia accidat. ideo audiant glosam sup̄ ver
 bo Petri predicto. vbi sic dicit glosa ordi
 naria. Tanta est eius hominis qui passus
 est pro nobis posterior gloria. vt etia ange
 lice in celo virtutes cum sunt eterna felici
 tate. predicte. non solū immortalis dicitur

Vide h̄ de mō respiciēd̄

In ascensione domini

magnificentia sed etiam assume eius humanitatis claritate semp aspiceret gaudeant. **Decglosa.** Et quoniam rogo non fuit speciale gaudium angelis videntibus christum introducere in celum tanta multitudinibus animarum sanctarum quibus replendus erat casus demonum. **Ephef. i.** proposuit in christo sed deus pater restaurare omnia que in celis sunt. Quanta etiam leticia fuit sanctorum patrum propter inferni ereptionem et angelorum associationem et celestis regni adeptionem. Sed hic occurrit dubium a quo aut per quem christus fuit assumptus in celum. eo quod hic in themate dicitur assumptus est. Et Actuum primo dicitur. Eleuatus est. Non autem dicitur ascendit propria virtute. Ad quod dicendum quod christus primo et principaliter ascendit virtute sue deitatis qua etiam et resurrexit. Unde sicut ex deitate sua potuit resurgere ita et humanitatem supra celos eleuare. **Psalmista.** Exaltare domine in virtute tua. Sed secundo etiam ascendit virtute anime glorificatione et eius redundancia glorificabat corpus. ut dicit **Augustinus** ad **Dioscorum**. Tanta enim est obedientia corporis ad animam in glorificatione quod ubi voluit spiritus ibi prius erit corpus. **fm bñm Augustini** libro. **xxij.** de ciuitate dei. Et ideo ex virtute anime volentis ut corpus suum immortale et incorruptibile esset in loco celesti. corpus christi ascendit in celum. et non solum virtute diuina. verumtamen ex quo virtus diuina principaliter mouebat christum ad ascendendum. ideo dicit assumptus vel eleuatus scilicet virtute diuinitatis sue. que hoc principaliter operabatur. **¶ E** Sed adhuc dices. Quare christus ascendit in celum. Respondeo quod ad hoc duplex est ratio. scilicet tam ex parte ipsius christi quam etiam ex parte nostri. quare voluit ascendere. et ex parte christi quo ad ea que fecit propter nostram salutem. Nam per hoc primus nobis viam preparauit **Johannis. xiiij.** Vado parare vobis locum. ut scilicet ubi ego sum illic et vos sitis. Secundo ascendit ad interpellandum pro nobis. licet enim iustis sint omnia facta presentibus tamen facilio ra. ut dicit **Tullius** ad **Brutum** amicis suis. Et vulgo dicitur. facies hominis. facies leonis. Representatio igitur humane nature quam christus assumpsit et in celum introduxit

non est nisi quedam partialis interpellatio pro nobis. Ideo **Johannes** appellat eum aduocatum nostrum. **J. Johannis. ij.** Tertio ut spiritus sanctum nobis mitteret sicut ipse dixit. Nisi ego abiero. paradus non veniet. Si autem abiero mittam vobis eum. **Johannis. xvi.** Quarto ut reciperet regnum nobis et ius possidendi. Unde christi ascensio est causa nostre ascensionis inchoatiue. non pro modum meriti aut per remotionem prohibentis ut est passio. sed est causa exemplaris. quia christus cum sit caput nostrum. ascendit in celum et oportet nos coniungi. eo quod non potest esse caput sine membris. sed ubi est gloria capitis illuc tendat mens et corpus. **Inquit Gregorius** in sermone festiuitatis hodiernae. Ex parte vero nostra est quadruplex ratio. Prima propter fidei augmentum. **Joh. xx.** Beati qui non viderunt et crediderunt. Secunda propter spei nostre subleuationem **Joh. xiiij.** Si abiero et preparaue ro vobis locum. iteque veniat et accipiam vos ad me ipsum. Tertia ad erigendum caritatis affectum in celestia **Psalm. vi.** Ubi est thesaurus tuus ibi est cor tuum. **Psalm. lxxij.** Que sursum sunt sapite. non que super terram. Quarto ut auget reuerentiam ad ipsum deum non estimamus eum hominem tantum. sed sicut deum verum. Unde magister reueretur rex in aula et corona propria quam in domo communi et mitra despecta. **ij. Cor. y.** Si cognouimus formam carnis christi scilicet prius. sed iam nunc non nouimus. **¶ F** Deinde restat videre de tempore quando fuit eleuatus et assumptus. Et ibi dicendum est de quatuor. primo de anno. secundo de mense. tertio de die. quarto de hora. Annus fuit **fm Aug.** i. li. de mirabilibus sacre scripture. decimus etatis circulus. h. e. i. fetto millenario annorum ab initio mundi. Sic enim. vi. die opa sua compleuit. et vi. die post hoc de paradiso electus est. Sic christus. vi. millenario compleuit opus redemptionis et homines reduxit ad paradisi exultationem. Unde a creatione mundi usque ad dominicam ascensionem fuerunt quinquaginta milia ducendi et xxxiij. anni sine medio **fm** commune computatores. Bede. licet **fm** aliis aliter. de quo non est vis. Ascendit autem christus in mense maii. Nam passus vicem magna die mensis marcij et surrexit. xxxvij. eiusdem mensis. **fm Aug.** de ciui. Unde quod ab illo fluxerit. xl. dies ad ascensionem. Et sic ascensio fuit contra die mensis maii. Et fuit istud tempus congruum primo. quod in isto mense agri adimplent. rore et vaporibus terram.

*Christus passus est in mense
prima die mensis marcij et surrexit
xxxvij. eiusdem mensis*

impletibus. Sic ipsa terra viventium anima-
bus implevit sanctis. Secundo quod sic nunc
totus orbis letatur propter aeris temperantiam. Sic
sancti tunc exultaverunt quoniam amenitatem suae pa-
triae viderunt. Tertio sicut nunc aues canunt
cantica suavissima. sic electi angeli cantave-
runt cantica gloriosissima. Quarto sicut ce-
li nunc serenantur magis quam alio tempore propter aeris
puritatem. Sic sancti angeli tunc fuerunt se-
renati ad laetantiam. quod tunc cepit angelos illumina-
re secundum aethera hierarchicos ut essent clariores
quam ante. cum ibi sit hierarchia quantum ad huius-
modi nitentiam. Unde Dionysius dicit de angelica
hierarchia. quod omnes angeli gaudent motu
per quod factum est in ascensione. eo modo
quo supra dictum est. Nunc videndum est de
die ascensionis. Fuit autem dies ascensionis
feria quarta. quae quadrupliciter est privilegia-
ta. Primo quod in ea creati sunt pisces. et beatus
Augustinus misterio. quod sicut pisces post creati-
onem remanserunt in aquae amaritudinibus. sic
discipuli post ascensionem in tribulationibus
sicut eis dictum est. Plorabitis et flebitis vos
Secundo ista die fuerunt aues create. Genesim
per quod significat gaudium angelorum ultra quod
hodie saluator volavit super cherubim. Ter-
tio ista die fuit Christus in templo oblatus. Nam
a duodecimo die in quo natus est usque ad quarta fe-
ria quadragesime diei post sequentem puri-
ficationem domini terminat. Ita hodie fuit ab an-
gelis deo patri oblatus. Iuxta illud Danielis
v. Aspicebam in visione noctis. et ecce in
nubibus caeli filius hominis veniebat. et usque ad
antiquum dierum pervenit. et in conspectu eius ob-
tulerunt eum. et dedit ei potestatem. Quarto
ista dies consecrata est misterio paschalis re-
fectionis. Nam isto die Christus comedit
pascha cum discipulis in cena. et ibi instituit
eucharisticum sacramentum. quod fuit ymago illi-
us eterni convivii. ad quod hodie sancti per
Christum fuerunt introducti. dicente domino apostolis
in cena. Ego dispono vobis regnum sicut
super mensam meam in regno meo Lucae xxv.
De hora vero ascensionis Christi sciendum
quod Christus ascendit hora nona. quod patet
et eo quia post prandium. ut dicit Actuum
primo. que hora multum fuit congrua ad
hoc. Primo quod illa hora Adam fuit de pa-
radiso expulsus scilicet ad auram post me-
ridiem deo deambulante in paradiso Gene-
sesim iiij. Unde congruum fuit ut eadem ho-

ra reduceretur in paradysum. Sic enim de-
us salvavit humanum genus per similitudinem. ut
docet Augustinus in libro de doctrina christi-
ana. Secundo. quia eadem hora fuit pa-
radysus clausus et ab angelo custoditus.
ita ut a nullo aperiri possit. Sic econtra
hodie per Christum est apertus. ut a nul-
lo claudi possit. Tertio. quia ista hora ad
infernum descendit. ut patet Matthei xxvij.
Hora nona emisit spiritum. Unde quia
tunc multum humiliatus fuit descendendo
gratioso ad inferos. debuit hodie exalta-
ri gloriose ascendendo ad superos. Quarto.
quia illa hora infernus fuit spoliatus.
debuit ergo eadem hora celum esse victo-
rium. Nunc videamus de loco breviter ascen-
sionis. Fuit autem locus ascensionis ierusa-
lensis mons oliveti. ut patet Actuum primo. Qui
mons fuit locus suae orationis in nocte. ut
patet Lucae xxi. Ideo sicut ibi eleuabatur
spiritualiter in oratione ad patrem. sic de-
buit eleuari corporaliter ad patrem de eo-
dem. Secundo. quia ibi fuit captus. liga-
tus. et pariter rediit. Lucae xxii. Ideo cum
per meritum suae passionis debuit exalta-
ri. congruum fuit ut inde exaltaretur ubi
mereri cepit. Sicut de quibusdam sanctis
etiam legimus. Tertio. quia ibi creditur
Christus antichristus interfectorus fuisse
spiritum suum. Zachariae xiiij. Egredietur do-
minus et preliabitur contra omnes gentes
et stabunt pedes eius super montem oli-
ueti. qui est contra iherusalem ad orientes.
Quarto. quia ibi creditur Christus iudici-
um facturus. sicut patet Jobelis iiij. Post
sequenter de loco ad quem assumptus sit
Christus sciendum quod assumptus est usque ad
supremum celum. Psalmista. Et occursum
eius usque ad summum eius. Et ad Ephe-
sorum iiij. Ipse ascendit super omnes celos. Po-
nunt autem sancti decem celos. ut patet per bea-
tum Thomam in prima parte summe quaestio-
nis arti. iij. Primum celum ascendendo est celum
lune. Secundum mercurij. Tertium venenis.
Quartum solis. Quintum martis. Sextum
ionis. Septimum saturni. Octavum siderum
seu stellarum. Nonum crystallinum seu aquae.
Decimum empiricum. in quo sunt angeli
secundum Bedam et Basilium. Hoc celum est
super omnes celos alios corporales. Et
dicitur celum celorum. quia in eo est habitatio
angelorum sanctorum et animarum

Dñica infra octauam ascensionis

beatay et est locus corporum gloriosorum. i. hoc
celum omnes homines gloriosos euolant. Ibi
uirgo gloriosa residet super choros ange-
lorum omnium posita. vltra quam christus resi-
det. Iuxta illud *Ephe. j.* Constituit eum
super omnes principatum et potestatem. et
super omne nomen quod nominatur siue
in hoc seculo siue in futuro. Nec est putan-
dum quod christus in aliquo celorum predicto-
rum corporum citra imperium moratus
sit per diem aut etiam per horam unam. vt ali-
quid erronee fingunt dicentes eum in quolibet celo per
vnum diem. aut etiam per horam mansisse
et in die penthecostes primo ad dexteram
patris venisse in celum imperium. et tunc mor-
uisse spiritum sanctum. Puerile est hoc credere
de homine puro glorificato. quia corpus
glorificatum mox ubi spiritus vellet. erit ubi
vult. sed sine dubio quilibet sanctus vult
citius esse in loco sibi diuinitus deputato.
Ideo ex quo non est retardans statim ibi
efficitur ubi est locus eius. multo magis
hoc credendum est de christo. Quomodo
autem sedet a dextris dei. Respondeo secundum
Bonauenturam quod hoc intelligitur sic. id est
sedet in celo imperio secundum humanitatem a
dextris dei. id est in portionibus bonis. quia
excellit tam angelos quam homines loco et
dignitate. Pro quo sciendum quod secundum Tho-
mam parte tertia. q. lviij. articulo secundo.
per dexteram secundum Damascenum intelligitur
gloria diuinitatis. secundum vero Augustinum
beatitudo patris iudiciaria potestas. Ses-
sio ergo regiam et iudiciaria dignitate de-
signat. Christus ergo secundum naturam diuinam
habet cum patre predicta omnia equaliter in
eadem maiestate. sed secundum naturam humanam
dicitur sedere in portionibus bonis vltra ali-
os beatos. intantum quod ipsa natura humana
in christo est beatorum omnium creaturis a se. et
super illas habet regiam et iudiciaria potestate.
Licet autem antequam legitur stare in celo. sicut
Stephanus vidit ipsum stantem. hoc intelligit
quantum ad eius adiutorium esse paratum. Se-
dere autem christo conuenit vt habet primo ad de-
signandum quod nullum habet defectum sed habet
appetitum quietatum et factum sicut ille qui
sedet quiescit a motu. Secundo dicitur sede-
re. quia est iudex viuorum et mortuorum. Act.
i. Ad quem pertinet sedendo iudicare. vt de-
sententia et re iudicata. *Lum. eterni. li. vi.*
Tercio ad significandum quietem post labo-

rem quem per vitam suam totam hic sustinuit.
*Ps. Paup. sum ego a iuuetute mea. exalta-
tus autem est. re. Quarto ad significandum stabi-
litate et reuerentiam honoris quam tota curia
celestis sibi exhibet. Pluries enim legitur in
Apocal. quod sancti stant ante thronum agni
submittentes coronas suas. et laudantes
eum sine cessatione. Non est putandum
deum patrem habere corporalia membra. scilicet ma-
nus aut pedes aut caput. vt sic christus a dex-
tris patris sederet. sed cum eo modo quod dicitur
est istud est per similitudinem moraliter intel-
legendum. Quis sedis participes nos ef-
ficiat qui viuunt et regnat in secula seculorum
Amen.*

Dñica infra octauam ascensionis. I
Sermo. LXXII.

Cum uenerit pa-
tracitus quem ego mittam uobis a
patre spiritum ueritatis qui a patre
procedit. ille testimonium perhibebit de
me. *Johannis. iij.* Sicut dicit philosophus
i. metaphisice in principio. Tria sunt que
faciunt dictum alicuius credibile quantum
non demonstratiue loquatur. uidelicet pru-
dentia. uirtus. et beniuolentia. Quis cau-
sa est secundum eum. quia propter opposita illo-
rum discredimus alicui non demonstra-
tiue loquenti. uidelicet ut propter impru-
dentiam. quia reputamus eum ignarum.
aut propter malitiam. quia quantum ueruz
sciat. tamen non est uerus amicus uerita-
tis et iusticie. aut propter defectum beni-
uolentie. quia in casu licet sit prudens et
uiruosus. non reputamus tamen eum be-
niuolum quod uelit consulere illud quod no-
bis expedire iudicabit. Sed quando ista
tria concurrunt in consiliario quod reputamus
eum prudentem. uirtuosum. et beniuolum.
tunc absque dubio credimus dictis eius quod
uis ea nequaquam demonstrat. Loquendo
igitur de christo sic est. Christus uenit in
mundum persuadere et predicare. non au-
tem dicta sua scientifice demonstrare. et
ideo doctrina sua non scientia sed fides uo-
catur. Sunt autem dicta sua credibilia. id
est ad credendum possibilis. quibus merito cre-
di debet propter tres rationes predictas. cum quod
in conuincit prudentia. cum esset scia dei pa-
tris. cum quia fuit in eo uirtus. quia bene